UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua distinctus

Crombecius, Johannes

Avdomari, 1618

7. De scurrilitate, quarta causa culpabili distractionum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38133

Visual Library

tuamq; orationem opprimet, & ſine fruct[u]
triſtis atque inanis ab ea recedes.

SECTIO SEPTIMA.

De ſcurrilitate, quarta cauſa culpabili diſtractio[nis]

Scurrilitas, & alia linguæ vitia 1. OTio admodùm affinis eſt ſcurrilita[s]
& loquacitas; cui haud raró ſeſe im-
miſcet morum diſſolutio, cachinnatio, inep[ta]
lætitia, riſus immodicus, & ſi quæ ſint hu[ius]
modi, quę linguę immoderationẽ ſequuntur.
2. *Detrctio* His quoque affines accedunt, detractio, i[ræ]
impetus ſubitanei, mordacitas, irriſion[es],
3. *Ex his ſcrupuli Orationẽ impediũt* ſecretorum revelationes, quæ mentem p[lu]-
modùm acriter lancinant, ſcrupulos & a[cu]-
leos magnos ſubijciunt, & infixos reli-
quunt.

1. 2. Gravia ſunt hæc vitia, & plùs quàm a[ni]-
mo concipi poteſt, orationem impedi[unt].
Si enim otium, quod vel actus excludit, v[el]
nullius momenti ludrica complectitur, in[ep]-
tum animum ad conſortium cum Deo i[ne]-
undum reddit, eo quòd nugæ huiuſmodi ſ[æpe]
recurrũt, & ſanctarũ cogitationũ locũ præ[ri]-
piãt: quãtò magis ſcurriles ſermones, ne d[icam]
turpiloquiũ, verborũ iactantia, atq; inani[a]
3. Accedit vt quę ore pronuntiantur, m[agis]
feriant phantaſiam, & affectus naturales [quam]
quæ inaniter, temereq; cogitantur.

4.

4. Pijs quoque mentibus ſat exploratum eſt, quantam moleſtiam adferat exiguus ſcrupulus, quamvis levioris alicuius culpæ, etiam imprudenter admiſſę. Quid facient tã enormes defectus, cum oranti recurrent, & animum iuſtè ferient ac mordicabunt? Qua ratione quis eos excutiet? Quomodò feret aculeos? eorumq; deponet memoriam?

5. Huc facit ſolicitudo ac cura, ne ea quæ cum iniuria aut offenſione alicuius, imprudenter aut iracundè dicta fuere, referantur: neve averſiones, rixas, diſſentiones pariant; ne qui à ſuperioris gratia excidant; aut promotionem ſuam impediant. Pœnitere quidem licet dicti aut facti, ſed volat irrevocabile verbum index mentis & animi. Hinc ſapiẽtiſſimè Eccleſiaſticus. *Lingua imprudentis ſubverſio eſt ipſius.* 3. Eccl. 15.

6. Minuunt hæc quoq; Dei benevolentiam & impediunt, quò minùs fluenta gratiæ largiùs ipſe orãtibus infundat; ſine quibus arida eſt oratio, & inſipida. 4.

7. Sed de remedio agendum; atq; illud inprimis occurrit, odium nempè magnum concipere harum omnium ineptiarum, quas cùm in alijs videmus, non modò diſplicent, ſed etiam deteſtamur; nolumus enim irrideri; modeſtiam probamus, ac diligimus in alijs. Nolumus quicquam nobis detrahi, nec aliorum linguis proſcindi. Cogitemus hæc *Remedia* 1.

quoque alijs in nobis diſplicere; otioſo[...]
Eccl. 19 12. & contemptibiles nos reddere. *Sagit-*
ta infixa femori carnis (ait Sapiens) *ſic ver-*
bum in ore ſtulti. Sagittæ ſunt verba impru-
dentium. Sæpè qui feriunt canes ſunt, qu[...]
& mordere tè, & allatrare poſſũt. In femor[...]
læſi dicuntur, ob honoris ſui iacturam illa-
tamq; iniuriam, præſertim in nervo, ſe[...]
puncto incontinentiæ.

8. Deinde erubeſcamus faciem omnipo-
tentis Dei, qui meritò, cum ad orandum ac-
cedimus, videns conſcientias noſtras hiſ[...]
maculis fædatas, exprobrare poteſt nobis ta-
citùs noſtram ſcurrilitatem, & nos à ſe con-
fuſos propellere.

SECTIO OCTAVA.

De nimijs occupationibus, quinta cauſa culpabi[...] diſtractionum.

Occupationum detrimẽta. 1. FVgientes otium, ex oppoſito no[...]
nulli dũ vitant charybdin, incidunt [...]
ſcyllã: & ſeſe occupationibus immergunt, [...]
delectantur atq; involvuntur: & licet no[...]
2 ſine inquietudine & ſanitatis, imo ſalutis de-
trimento; malunt tamen ſervi eſſe, ac ma[...]
cipia rerum & occupationum, quàm libe[...]
tate qua frui poſſunt, gaudere. Miſeri mo[...]
tales, qui miſeriam amant, & felicitati an[...]
ponunt. 2. Occ[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN